

wigs des Baiern 5 gibt keinen Sinn). Indem nun aber Friedrich der Schöne auf diesen Antrag einging, sollte, wie aus dem späteren Schreiben König Jakobs vom 19. September 1316 (Nr. 44) zu erhellen scheint, gerade diese Heirat ihm unter Mitwirkung seines aragonischen Schwiegervaters die Rolle des Vermittlers zwischen den Königen von Neapel und Sicilien verschaffen, die Beruhigung wenigstens dieses Theiles von Italien erzielen und ihm selbst eine dominirende Stellung auf der Halbinsel einbringen.

Eidem Regine. Litteram vestram, per quam postulastis a nobis, ut nos et principem excellentem Fredericum Romanorum Regem semper Augustum karissimum nostrum filium virum vestrum non cessaremus comittere reverendis patribus dominis cardinalibus nostris fautoribus et amicis, ut statum dicti Regis prosequantur gracia et favore, nos recepisse noveritis et quod tam super premissis quam aliis (que)¹ continebat plene audivimus ac intelleximus diligenter. Ad que Filiacioni Vestre taliter respondemus, quod negocia dicti Regis et vestra ut nostra propria seu filiorum nostrorum merito reputantes jam apud dictos dominos cardinales comissionem huiusmodi fecimus et ulterius, quociens profuturum esse [u]tile et opportunum viderimus, faciemus. Filios ac dilecte nostre Blanche de Calderiis et adamandam materteram Cardone servitoris vestri, sicut rogastis in littera supradicta, habebimus comendatos. Datum Barchinone VII^o Idus januarii anno Domini MCCCXV.

Idem.

38.
Bar-
celona,
1316
Jan. 7.

¹ Hier scheint q ausgefallen, steht aber nicht im Manuscript. Vgl. den Beginn des folgenden Briefes.

Iacobus etc. dilecte sue [dompne]¹ Blanche de Calderiis salutem fol. 14^r
et dileccionem. Recepinus litteram vestram quam ultimo transmisistis et intelleximus que continebantur in ea et placuit nobis quamplurimum, quod significastis nobis prosperitatem status illustrium karissimorum filiorum nostrorum Frederici Romanorum Regis et Elizabet sue conjugis et placebit nobis in posterum, quod quociens per vos et alios statum prosperum audiverimus eorundem. Ad aliud quod significastis de regressu vestro ad has partes, respondemus vobis, nobis certum esse de servicio quod fecistis et facitis dicte Regine nostre filie et sumus inde bene paccati a vobis et intendimus vos et vestros prosequi favorabiliter et benigne, et arbitrantur et e certo tenentes, utile gratumque esse dicte Regine, vos secum et in suis serviciis remanere, visum nobis est, ut debeatis propterea cum ea et in suis obsequiis insistere, prout laudabiliter hactenus remansistis. Verumtamen si vos omnino redire volueritis, nos in brevi intendimus ad memoratos Reges nuncium vel nuncios destinare et tunc de regressu vestro curabimus ordinari. Datum Barchinone VII idus januarii anno Domini M^o CCC^o XV^o.

Idem.

39.
1316
Jan. 7.